QUAE FUERINT JUSTINI MARTYRIS

ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΥΜΑΤΑ

QUAQUE RATIONE CUM FORMA EVANGELIORUM SYRO-LATINA COHAESERINT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI

PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI CUM VITEBERGENSI

CONSOCIATA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

ERNESTUS LIPPELT

CAND. MIN.

HALIS SAXONUM

FORMIS DESCRIPSIT E. KARRAS

MDCCCCI.

Integra commentatio mox prodibit apud Maximilianum Niemeyer bibliopolam in Dissertationum Philologicarum Halensium volumine XV.

PARENTIBUS OPTIMIS

MAGISTRIS HUMANISSIMIS

AMICIS CARISSIMIS

S.

Ante hos quinque annos, cum hanc quaestionem paucis primum exponerem auspiciis adiutus D. Bousseti, magistri mihi dilectissimi, in prooemio demonstrare conatus eram, nostrae aetatis editiones Novi Testamenti Graeci ab opinione quadam praeiudicata esse perfectas eamque re vera orationis formam praebere, quae quarto fere saeculo in Aegypto accepta fuisset paucis antiquioribus lectionibus sine certa ratione admixtis. Qua demonstratione vix amplius opus erit. Nam postquam omnes fere, qui hanc rem sine ira et studio tractant, D. Blassio illo auctore clarissimo duce „textui iterum recepto“ bellum indixerunt, Nestlius ille vir doctissimus et editione Stuttgardiana et aliis libris compluribus rei criticae egregie subvenit et enixe studuit, ut codex ille Cantabrigiensis, quem de Lagarde iamdudum aliis praestare cognovit, tanquam „fundamentum novi aedificii“ fieret. Eandem quaestionis viam ingressi hoc libello disseremus, quomodo constituta sint, quae apud Iustinum Martyrem habemus, evangeliorum verba. (Utimur editione equitis Ottonis in corpore apologetarum I. II.[3] Jenae 1876. 77.)

Nusquam quidem Iustinus evangeliis nostris Matthaei Marci Lucae Johannis se usum esse testatur, sed ex commentariis, quos dicit apostolorum, evangelii verba exhibet. At de commentariis illis Iustini, qui ab ipso videlicet Xenophontis libri artissimi non immemore *ἀπομνημονεύματα* vocantur, adhuc sub iudice lis est, cum evangelio quodam in canonem qui dicitur non recepto usum eum esse alii affirment, alii negent, quas virorum doctorum disputationes atque opiniones inde a Credneri temporibus publici iuris factas — quae enim ante Crednerum de hac re sunt allata, nullius fere momenti sunt — optime Boussetus congessit. (Die Evangeliencitate Iustins des

Märtyrers 1891 p. 1—12.) Omnes fere, qui de hac quaestione egerunt, initio, quaenam illa memorabilia Iustini fuerint, disputare consueverunt, scilicet ut ex ipsis Iustini verbis aut comprobent aut redarguant illius quinti evangelii usum. Sed cum omnis haec argumentatio paucis Iustini locis, quos alii alia ratione interpretantur, nitatur, aliud nobis initium praeferendum est.

Hoc unum quidem iam nunc dicendum videtur esse. Iamdudum erat cognitum et hac disputatione probabitur, Iustinum plurimis locis ex memoria verba Novi Testamenti exhibere, quod inde maxime apparet, quod Iustinus eandem sententiam alio loco aliis verbis affert. Optimo iure Semischius (Die apostolischen Denkwürdigkeiten Justins des Märtyrers 1848 p. 213 sq.) Crednero (Beiträge zur Einleitung in die biblischen Schriften 1832) hoc opposuit; sed incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim, et cum Crednerus omnes sententiarum discrepantias evangelio illi Hebraeorum attribuat, Semischius eas a memoria deficiente repetit, quae inter contraria terminus firmus desideratur.[1])

Cum non liceat quaslibet discrepantias verborum Iustini evangelio cuidam ignoto attribuere, possint autem minimae quoque varietates loco indiligentius allato ex evangelii exemplo repetitae esse, hoc in universum monendum videtur: Non esse hominis, secundi imprimis saeculi, memoria deficere plurimis in sententiis laudandis. Quod ne nobis quidem accidit, quos putare liceat Novi Testamenti varias editiones habere, ita ut adminiculis illis, quae memoria, ut ita dicam localis, praebeat, vacemus. Lectorem veterem (iis, qui arti criticae exercendae operam dabant, exceptis) eodem semper opinabimur usum esse libro, qui difficilius editione Nestliana legebatur, qua de causa

---

[1]) Ne Zahnius quidem ubique erroribus Semischii se abstinuit (cf. Geschichte des Kanons I_2 p. 554). Quo loco permirum mihi videtur, quod Zahnius commemorat, cum Matth. 7_{22} et Luc. 13_{26} apud Iustinum bis, apud Origenem quinquies, apud Hilarium semel, apud Augustinum semel confundantur, eam confusionem in codices aut versiones nunquam penetrasse sed casu fortuitoque illos scriptores haec verba eodem modo confudisse. Atqui Syrus Curetonianus iam 1858 in publicum prodiit, Zahnius autem 1889 hoc scripsit. Quod si Zahnio accidere potuit, diligentissima cautio adhibenda nobis videtur esse. confer ad hanc rem infra.

veteres clara voce legisse notum est, ut Augustinus (confess. VI 3) miretur, quod Ambrosius episcopus summissa voce legere soleat. Quae cum ita sint, non est viri cauti iudicare Iustinum omnes eos locos, qui a forma vulgari verborum aberrent, minus valente memoria non ad verbum referre. „Non liquet“ semper magis placebit; quis enim dubitet, quin lectio quaedam tantummodo a patre quodam omnibus codicibus tacentibus tradita esse possit, cum non sit, quod dubitemus, quin multae lectiones genuinae neque a patre ullo neque in codicibus traditae perierint.

Hae potius regulae nobis adhibendae sunt (cf. Bousset l. c. pag. 45):

a) si quod effatum compluribus locis identidem exhibetur,
b) si idem apud alios quoque auctores invenitur,
c) si aliis rebus auctorem ad verbum descripsisse probatur,

non dubium erit, quin hos locos auctor scriptos ante oculos habuerit.

Postulandum igitur videtur, ut verba ceterorum patrum conferantur, quod quidem Boussetus fecit, tum Reschius ille vir diligentissimus locos patrum illos accurate collegit (T[exte und] U[ntersuchungen] X, 1. 2. 3. Ausserkanonische Paralleltexte zu Matth., Marc., Luc.). Sed haec omnia ex pueris nondum excesserunt. Cur autem hoc in libello gravissimos modo locos patrum afferrem, causa fuit, quod omnibus allatis legentes varietate obruerentur. Codices Graeci, Latini, Syriaci mihi erant conferendi, et videbimus, quam accurate verba Iustini cum codice Cantabrigiensi, cum versionibus Latinis, quae appellantur „Itala“, cum versionibus Syriacis saepissime consentiant. Quo quidem consensu iamdudum cognito multi tamen nostrae aetatis viri docti de forma illa evangeliorum, quam cum Chasio (The Syro-Latin Text of the Gospels 1895) et Nestlio (Einführung in das griechische Neue Testament[2] 1899 p. 181) Syro-Latinam appellamus, opinione praeiudicata ducuntur. Dicunt enim formam Novi Testamenti corruptam ac quasi efferatam apud hos testes manifesto apparere. Quod si igitur Iustini verba cum codice D (Cantabrigiensi) congruant, non demonstrari ea re Iustinum evangelio quinto illo usum non esse. Nos autem de-

monstrabimus, quomodo Iustini verba et forma illa verborum inter se cohaereant.

Pauca de notis quibusdam postea adhibendis praemittenda sunt.

Iustinus (= I.), ut iam supra diximus, ex editione Ottonis perhibetur. Spectamus autem tantummodo apologiam (= ap.) cum appendice et dialogum cum Tryphone Iudaeo (= di.), cum soli hi duo libri consensu omnium Iustino attribuantur.[1]) Apologia a. 152 scripta, dialogus non multo post compositus esse videtur (conf. Harnack, Überlieferung der griech. Apologeten, TU I 134 sqq.), quod Romae factum esse Zahnius auctor ille clarissimus affirmat (G[eschichte des] K[anons] I 2. 457). Et apologiam quidem ibi esse conscriptam inter omnes fere constat, itemque dialogum putabimus, quamquam nonnulli viri docti de Epheso cogitent (cf. Otto, not. 2 ad di. 1_1). Codices Graeci Latinique secundum Tischendorfium (Nov. Test. Gr. editio octava major.) signantur. BℵLΞ 33. cop, cum consentiunt, signo aeg. (Aegyptia scil. forma) exhibentur, item codices 13. 69. 124. 346. signo 𝔉. β = forma evangeliorum Syro-Latina. Notae autem versionum Syriacarum hae sunt:

s^l = Syrus Lewisianus (Sinaiticus)
s^c = Syrus Curetonianus
s^{sch} = Peschito, ed. Leusden et Schaaf.
s^p = Philoxeniana
s^h = Evangelium Hierosolymitanum

quarum de versionum editionibus vide Nestle (l. c. p. 77—86) Evangelia secundum Nestlium significantur: *M* = Matthaeus μ = Marcus, λ = Lucas, ι = Johannes. item: π = *πράξεις*.

\+ = addit vel addunt
— = omittit vel omittunt
> = contra
∾ = permutat vel permutant

Initium ducimus ex loco, unde statim optime intellegemus, quaenam ratio inter singulos testes intercedat. Est autem locus

---

[1]) Ne tractatum quidem, „de resurrectione“ qui inscribitur, defendimus, cum ipsa evangelii verba in eo allata eum spurium esse demonstrent.

de oratione Iohannis baptistae.

I. di. 49_{11} (88_{15}) = *λ* 3_{16} sq. = *M* 3_{11} sq. = *μ* 1_7 sq.

I. di. 49_{11} (88_{15}): *εγω μεν υμας βαπτιζω εν υδατι εις μετανοιαν, ηξει δε* [di. 88: *γαρ*] *ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος τα υποδηματα βαστασαι· αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι, ου το πτυον αυτου εν τη χειρι αυτου και διακαθαριει την αλωνα αυτου και τον σιτον συναξει εις την αποθηκην, το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

λ 3_{16} sq. [aeg.]: *εγω μεν υδατι βαπτιζω υμας, ερχεται δε ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων αυτου. αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι,* 17 *ου το πτυον εν τη χειρι αυτου διακαθαραι* (ℵBae) *την αλωνα αυτου και συναγαγειν* (ℵBe) *τον σιτον εις την αποθηκην αυτου, το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

λ 3_{16} sq. [*β*]: *εγω μεν υμας βαπτιζω εν υδατι* (D𝔖.e) [*υμας υδ. βαπτ.*: abc, *υμας εν υδ. βαπτ.*: q, a: baptizabo] *εις μετανοιαν* (CDabce(in aquam poenitentiae) f^2g^1lqr vg $s^{p\ mg}$), *ερχεται* [cqr: veniet] *δε ο ισχυροτερος μου* [Dl: *ο δε ερχομενος ισχυροτερος μου εστιν* = *M*], *ου ουκ ειμι ικανος τα υποδηματα βαστασαι* (abf²lqr) [D: *λυσαι τον ιμαντα του υποδηματος* = *ι*]. *αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι* [s^1 : *εν πυρι και πνευμ. αγ.*], 17 *ου το πτυον εν τη χειρι αυτου και διακαθαριει* (rell.) *την αλωνα αυτου και τον* [D + *μεν*] *σιτον συναξει* (D s^{sch}) [rell.: *συν. τ. σιτ.*] *εις την* [D om] *αποθηκην* [— *αυτου*: De], *το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

M 3_{11} sq.: *εγω μεν υμας βαπτιζω* (ℵB 33. f^1g^2l vg^{cd} > *βαπτ. υμ.*: rell.) *εν υδατι* [q om] *εις μετανοιαν. ο δε οπισω μου ερχομενος ισχυροτερος μου εστιν, ου ουκ ειμι ικανος τα υποδηματα βαστασαι. αυτος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι* [s^1 : *εν πυρι και πνευμ. αγ.*], 12 *ου το πτυον εν τη χειρι αυτου και διακαθαριει την αλωνα αυτου και συναξει τον σιτον αυτου* [ELUabf¹g¹qs^{omn} om] *εις την αποθηκην* [+ *αυτου*: BELUbf¹g¹m$s^{cl}s^{sch}$], *το δε αχυρον κατακαυσει πυρι ασβεστω.*

μ 1_7 sq.: *ερχεται* [q: qūm veniet] *ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος κυψας λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων αυτου.* ^{8}*εγω εβαπτισα υμας υδατι, αυτος δε βαπτισει υμας εν πνευματι αγιω.*

μ 1_7 sq. [Daf^{2}r]: *εγω μεν* | *υμας βαπτιζω* [r: ∼] *εν υδατι* [a: baptizavi] *εις μετανοιαν* (a, in D spatium post *υδατι*), *ερχεται δε* [f^{2}r: veniet] *οπισω μου* [f^2 om. *δε οπ. μου*] *ο ισχυροτερος μου, ου ουκ ειμι ικανος* [— *κυψας*: Dabcf^{2}g^{1}r vg] *λυσαι τον ιμαντα των υποδηματων αυτου. και αυτος υμας βαπτισει* [D^{gr}: -*ζει*] *εν πνευματι αγιω.*

ι 1_{26} sq. *εγω* [+ *μεν*: 𝔖.bclqs^h] *βαπτιζω* [+ *υμας*: *Δ* abf^2(∼)lq] *εν υδατι* [+ *εις μετανοιαν*: a q (b)] . . . ^{27}*αυτος εστιν ο οπισω μου ερχομενος, ος εμπροσθεν μου γεγονεν* [omn > aeg. nil nisi: *ο οπισω μου ερχομενος*], *ου ουκ ειμι αξιος, ινα λυσω αυτου τον ιμαντα του υποδηματος.* [EFG al^{15} + *εκεινος υμας βαπτισει εν πνευματι αγιω και πυρι.*]

Hunc locum Iustinum ad verbum attulisse paene certum est, neque id ex memoria fecisse videtur, sed adiutus codice quodam, cum tot verba aegre memoria teneantur. Quod luce clarius apparet ex consensu Iustini cum D s^{sch} apud Lucam, cum hi tres scribant: *τὸν σῖτον συνάξει* (contra: *συναγαγεῖν τὸν σῖτον* aeg. (*λ*), *συνάξει τὸν σῖτον* rell. (*λ*) = omnes apud *M.*) Similiter in reliquis verbis Iustinum accurate cum verbis Lucae, quae quidem praebent codices Syro-Latini, consentire reperies. Evangelii igitur Lucani exemplo Syro-Latino usus esse videtur. Duobus tantum locis aliud habet atque codices omnes: v. 16: *ἥξει* et v. 17: *οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ.* Prius quidem in verbo „veniet“ trium codicum Italae (etiam apud *μ*) servatum esse putaveris, quamquam hoc minime certum sit, cum *ἔρχεται* male forma „venit“ reddatur. Nam cum *ἔρχεται* vim temporis futuri habeat, vox „venit“ etiam „illum venisse“ significare potest, ut mirum sit, quod non omnes codices Latini „veniet“ habeant. Atque *ἥξει* illud Iustini eadem ratione librario cuidam attribui potest, qui vim futuri clarius significari voluerit; haud scio an Iustinus ipse mutaverit. Videbimus, quod cum

hac re cohaeret, verba notionis proficiscendi vel veniendi *ἥκω, πορεύομαι, ὑπάγω, ἔρχομαι* et in codicibus et apud patres saepius esse permutata, sed hanc aliasque Iustini loquendi generis proprietates infra separatim tractandas nobis proposuimus. Quod etiam ad alterum illud *οὗ τὸ πτύον αὐτοῦ* pertinet; nam rationem dicendi Hebraicam hoc loco in Graecam linguam penetrasse manifestum est. Iustinum autem ipsum linguae Hebraicae non peritum fuisse insigni argumento demonstravit Crednerus (l. c. p. 112 sq.), unde iam illud evangelii exemplum, quo Iustinus usus est, hanc lectionem habuisse jure colligitur.

Iustinum cum *λ* (*β*) consentire vidimus; sed haec forma Lucae secundum *M* commutata est. Librarii D l etiam amplius secundum *M* verba immutavisse videntur: *ὁ δὲ ἐρχόμενος ἰσχυρότερός μου ἐστὶν* et D solus: *λῦσαι τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος* (sec. *ι*). Quid de hac re iudicandum sit, infra videbimus.

Hoc cum capite coniunctam Iustinus in evangelio suo haud secus ac evangelistae tradiderunt, qui nominantur synoptici, legit narrationem

de baptismate Iesu.

I. di 88_{20} (103_{19}) $88_8 = \lambda\ 3_{21}$ sq. $= M\ 3_{13-17} = \mu\ 1_{9-11}$.

I. di 88_{20} (103_{19} vid. p. 9): *το πνευμα ουν το αγιον και δια τους ανθρωπους, [21]ως προεφην, εν ειδει περιστερας επεπτη αυτω, και φωνη εκ των ουρανων αμα εληλυθει, ητις και δια Δαυιδ λεγομενη, ως απο προσωπου [22]αυτου λεγοντος, οπερ αυτω απο του πατρος εμελλε λεγεσθαι· [23]Υιος μου ει συ, εγω σημερον γεγεννηκα σε.*

di 88_8: *και τοτε ελθοντος του Ιησου επι τον Ιορδανην ποταμον, ενθα ο Ιωαννης εβαπτιζεν, κατελθοντος του Ιησου επι το υδωρ [9]και πυρ ανηφθη εν τω Ιορδανη, και αναδυντος αυτου απο του υδατος ως περιστεραν το αγιον πνευμα επιπτηναι επ αυτον εγραψαν οι αποστολοι αυτου τουτου του Χριστου ημων.*

λ 3_{21} sq.: *εγενετο δε εν τω βαπτισθηναι απαντα τον λαον και Ιησου βαπτισθεντος και προσευχομενου ανεωχθηναι τον ουρανον* [22]*και καταβηναι το πνευμα το αγιον σωματικω ειδει ως περιστεραν επ* [D: *εις*] *αυτον, και φωνην εξ ουρανου γενεσθαι· συ ει ο υιος μου ο αγαπητος, εν σοι ευδοκησα* [Dabcf[2*]lr: *υιος μου ει συ, εγω σημερον γεγεννηκα σε*].

M $3_{13.16.17}$.: *τοτε παραγινεται ο Ιησους απο τ. Γαλιλ. επι τον Ιορδανην προς τον Ιωανην του βαπτισθηναι υπ αυτου* . . . . [16] *βαπτισθεις δε ο Ιησους ευθυς ανεβη απο του υδατος· και ιδου ανεωχθησαν οι ουρανοι και ειδεν πνευμα θεου* (ℵB; rell.: *το πνευμα του θεου*) *καταβαινον* [+ *εκ του ουρανου*: D it[pl]] *ωσει* [D: *ως*] *περιστεραν και ερχομενον επ* [D: *εις*] *αυτον.* [17]*και ιδου φωνη* [+ *ηκουσθη*: hs[cl]] *εκ των ουρανων λεγουσα* [+ *προς αυτον*: D abg[1]hs[cl]]. *ουτος εστιν* [Das[c]: *συ ει*] *ο υιος μου ο αγαπητος, εν ω ηυδοκησα.*

μ 1_{9-11}: *και εγενετο εν εκειν. τ. ημεραις ηλθεν Ιησους απο Ναζαρετ τ. Γαλιλ. και εβαπτισθη εις τον Ιορδανην υπο Ιωανου.* [10]*και ευθυς* [D ab om] *αναβαινων εκ του υδατος ειδεν σχιζομενους* [D: *ηνυγμενους*] *τους ουρανους και το πνευμα ωσ περιστεραν καταβαινον επ* [DB 𝔊. ag[1]: *εις*] *αυτον* [11]*και φωνη εκ των ουρανων· συ ει ο υιος μου ο αγαπητος, εν σοι ευδοκησα.*

Non ad verbum Iustinus hanc narrationem exhibet, ut tantum ex vocabulis *τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* et *ἐν εἴδει περιστερᾶς* cognosci possit, illum ad Lucae formam respicere. (de di. 88_8 *πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ* cf. pag. 16 sq., de voce *ἐπιπτῆναι* et *ἐπέπτη* infra). Vocem ex caelo emissam Iustinus di. 88_{23} et 103_{19} affert, eamque ad verbum consentientem cum D it (λ) (secundum ψ 2_7 LXX). Non meum est hoc loco de vi et auctoritate huius vocis aliquid dicere, sed Iustinum vocem, quam nobis *M μ* (λ rell. $>$ β) tradunt, ignorasse pro certo affirmo. Iustino enim theologo haec tota narratio, praecipue autem illa vox ex ψ 2_7 maximas difficultates prae-

bebat, cum *λόγον* sola conceptione virginis hominem factum esse arbitraretur, ex hac autem narratione Iesus baptismate et infusione Spiritus sancti filius Dei factus esse videretur. Quod quidem primo saeculo a plerisque (conf. Hebr. 1_5) credebatur; sed cum diversum illud dogma ab omnibus acciperetur, etiam vox baptismatis commutabatur in codicibus. Iustinus vero hanc alteram vocem, si cognovisset, certo verbis a se exhibitis praetulisset.

Inveniebamus Iustinum in evangelio suo orationem baptistae, qua forma eam traderet Lucas, ad verba scilicet Matthaei accommodatus, legisse; post eam baptisma Iesu et vocem baptismatis secundum Lucam. Ex his consequi videtur, illud evangelium Iustini fuisse evangelium Lucae.

Pervenimus ad caput, quo agitur

de tentatione Iesu.

I. di. 103_{18}. 125_9 = *λ* 4_{1-13} = *M* 4_{1-11} (= *μ* 1_{12} sq.)

I. di. 103_{18}: *ο διαβολος αμα τω αναβηναι αυτον απο του ποταμου του Ιορδανου, της φωνης αυτω λεχθεισης·* [19] *Υιος μου ει συ, εγω σημερον γεγεννηκα σε· εν τοις απομνημονευμασιν των αποστολων γεγραπται προσελθων αυτω και πειραζων μεχρι του ειπειν αυτω·* [20] *Προσκυνησον μοι. και αποκριvασθαι αυτω τον Χριστον· Υπαγε οπισω μου, σατανα· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις.*

I. di. 125_9: *οτε γαρ ανθρωπος γεγονεν,* [10] *ως προειπον, προσηλθεν αυτω ο διαβολος, τουτεστιν η δυναμις εκεινη η και οφις κεκλημενη και σατανας, πειραζων αυτον και αγωνιζομενος καταβαλειν δια του αξιουν προσκυνησαι αυτον. ο δε αυτον κατελυσε και κατεβαλεν· ελεγξας, οτι πονηρος εστιν παρα την γραφην αξιων προσκυνεισθαι ως θεος, αποστατης της του θεου γνωμης γενομενος. Αποκρινεται γαρ αυτω·* [11] *Γεγραπται· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις. Και ηττημενος και εληλεγμενος απενευσε τοτε ο διαβολος.*

λ 4_{1-13} [α]: Ιης δε πληρης πνευματος αγιου υπεστρεψεν απο του Ιορδανου, και ηγετο εν τω πνευματι εν τη ερημω ημερας τεσσερακοντα 2 πειραζομενος υπο του διαβολου και ουκ εφαγεν ουδεν εν ταις ημεραις εκειναις, και συντελεσθεισων αυτων επεινασεν. 3 ειπεν δε αυτω ο διαβολος· ει υιος ει του θεου, ειπε τω λιθω τουτω, ινα γενηται αρτος. 4 και απεκριθη προς αυτον ο Ιης· γεγραπται οτι ουκ επ αρτω μονω ζησεται ο ανθρωπος. 5 και αναγαγων αυτον εδειξεν αυτω πασας τας βασιλειας της οικουμενης εν στιγμη χρονου. 6 και ειπεν αυτω ο διαβολος· σοι δωσω την εξουσιαν ταυτην απασαν και την δοξαν αυτων, οτι εμοι παραδεδοται και ω εαν θελω διδωμι αυτην. 7 συ ουν εαν προσκυνησης ενωπιον εμου, εσται σου πασα. 8 και αποκριθεις ο Ιης ειπεν αυτω· γεγραπται· προσκυνησεις κυριον τον θεον σου και αυτω μονω λατρευσεις. 9 ηγαγεν δε αυτον εις Ιερουσαλημ και εστησεν επι το πτερυγιον του ιερου . . . . . . 10 . . 11 . . 12 . 13 και συντελεσας παντα πειρασμον ο διαβολος απεστη απ αυτου αχρι καιρου.

λ 4_{3-13} [β] 3 . . . ει υιος ει του θεου, ειπε ινα οι λιθοι ουτοι αρτοι γενωνται (Dr). 4 και αποκριθεις ο Ιης ειπεν· γεγραπται [— οτι: D S.] ουκ επ αρτω μονω ζησεται ο ανθρωπος, αλλ εν (D) παντι ρηματι θεου (AD unc^{post} it vg s^{sch}) 9 ηγαγεν δε αυτον εις Ιερουσαλημ . . 10 . . 11 . . 13 . 5 και αναγαγων αυτον ο διαβολος (omn > aeg. Dae) εις ορος υψηλον (omn > aeg. bg^{1}) λειαν (D S.clδr) και εδειξεν αυτω πασας τας βασιλειας του κοσμου (Df) εν στιγμη χρονου 6 και ειπεν προς αυτον (Dabceq) [— ο διαβ.: bfs^{1}] σοι δωσω την εξουσιαν ταυτην απασαν και την δοξαν αυτων, οτι εμοι παραδεδοται και ω εαν θελω διδωμι αυτην. 7 συ ουν εαν πεσων (abeff^{2}g^{1}lqr) προσκυνησης ενωπιον εμου, εσται σου πασα 8 και αποκριθεις ο Ιης ειπεν αυτω· υπαγε οπισω μου, σατανα (bclqr unc^{omn} > aeg. Dacff^{2}g$^{1.2}$), γεγραπται γαρ· (bqVW^{b}ΔΛ69.) κυριον τον θεον σου προσκυνησεις [aeg. D it (> a) > rell.: προσκ. κυρ. τ. θ. σ.] και αυτω μονω λατρευσεις. [[Hunc ordinem verborum (5—8 post 9—12) habent: bcfg^{1}lqr. a habet sic post versum 4: adduxit eum Hierusalem et statuit eum supra pinnam templi et ostendit illi omnia regna orbis

terrarum .... [9]et adduxit illum in Hier. et statuit illum supra pinnam templi et dixit illi: Si filius es Dei .....]] [13]*και συντελεσας παντα πειρασμον ο διαβολος απεστη απ αυτου αχρις χρονου* (D).

M 4_{1-11}: *τοτε ο* $\overline{\textit{Ιης}}$ *ανηχθη εις την ερημον υπο του πνευματος πειρασθηναι υπο του διαβολου.* [2]*και νηστευσας ημερας τεσσερακοντα και τεσσερακοντα νυκτας, υστερον επεινασεν* [3]*και προσελθων ο πειραζων ειπεν αυτω* [אB 33. 13. 124.1.157.209. f[1]kl vg s^{sch} > *και προσελθων αυτω ο πειραζων ειπεν:* E unc[9] fg[1]s^p > *και προσηλθεν αυτω ο πειραζων και ειπεν αυτω:* Dabg[2]hs^{cl}]· *ει υιος ει του θεου, ειπε, ινα οι λιθοι ουτοι αρτοι γενωνται.* [4]*αποκριθεις δε ο* $\overline{\textit{Ιης}}$ [D it s^{cl} > rell.: *ο δε αποκρ.*] *ειπεν· γεγραπται· ουκ επ αρτω μονω ζησεται ο ανθρωπος, αλλ εν* (D > rell.: *επι*) *παντι ρηματι θεου* (Dbg$^{1.2}$$s^h$) [rell.: *επι παντι ρηματι εκπορευομενω δια στοματος θεου*, k om *αλλ — θεου* = *λ* (α)] [5]*τοτε παραλαμβανει αυτον ο διαβολος εις την αγιαν πολιν* ...... [6]. [7] [8]*παλιν παραλαμβανει αυτον ο διαβολος εις ορος υψηλον λιαν και δεικνυσιν* [D: *εδειξεν*] *αυτω πασας τας βασιλειας του κοσμου και την δοξαν αυτων* [9]*και ειπεν αυτω· ταυτα σοι παντα δωσω, εαν πεσων προσκυνησης μοι.* [10]*τοτε λεγει αυτω ο Ιησους· υπαγε σατανα* [*υπαγε οπισω μου* (s[1]: *σου*) *σατανα:* DELUZΓ it (> fk) s^{clp}] *γεγραπται γαρ· κυριον τον θεον σου προσκυνησεις και αυτω μονω λατρευσεις. τοτε αφιησιν αυτον ο διαβολος, και ιδου αγγελοι προσηλθον και διηκονουν αυτω.*

μ 1_{12} sq.: *και ευθυς το πνευμα* [+ *το αγιον*: D] *αυτον εκβαλλει* [DΔ 𝔉. 33. it ~] *εις την ερημον,* [13]*και ην* | *εν τη ερημω* [KΠ*: *εκει*] *τεσσερ. ημερ.* [+ *και* D it (s[1]: *οτε*)] *πειραζομενος υπο του σατανα και ην μετα των θηριων.*

Quid porro Iustinum in evangelii exemplo suo legisse putabimus? Quid post *λ* 3_{22}? Hoc Iustinus manifestum reddit di. 103_{19}: *ὁ διάβολος ἅμα τῷ ἀναβῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ Ἰορδάνου (τῆς φωνῆς αὐτῷ λεχθείσης· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε) ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασι τῶν*

ἀποστόλων γέγραπται προσελθὼν αὐτῷ καὶ πειράζων μέχρι τοῦ εἰπεῖν αὐτῷ· προσκύνησόν μοι· καὶ ἀποκρίνασθαι τὸν Χριστόν· ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ, κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις.

Narrationem ergo baptismatis in evangelio Iustini tentatio Iesu excepit. Deerant igitur nomina maiorum Iesu. Quod paullo audacius conclusum si videatur, locos perscrutemur, e quibus cognoscatur, utrum Iustinus omnino illa nomina nota habuerit necne, quod negandum esse pro certo habeo. E silentio concludi potest, ut supra in voce baptismatis fecimus. Iustinus enim, si maiores Iesu nominatim novisset, illis nominibus apud Tryphonem usus esset, quibus ei Iesum a Davide originem trahere plane demonstraret. Sed nihil tale ibi legimus, sed vaticiniis Veteris Testamenti et verbis Lucae (1_{27}) usus Mariae genus a Davide et a patriarchis ducit. Locus autem clarissimus Iustini hic est: (di. 100_9) *υἱὸν οὖν ἀνθρώπου ἑαυτὸν ἔλεγεν, ἤτοι ἀπὸ τῆς γεννήσεως τῆς διὰ παρθένου, ἥτις ἦν,* [10]*ὡς ἔφην* (scil. di. 43), *ἀπὸ τοῦ Δαυῒδ καὶ Ἰακὼβ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἀβραὰμ γένους, ἢ διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν τὸν* [11]*Ἀδὰμ πατέρα καὶ τούτων τῶν κατηριθμημένων, ἐξ ὧν κατάγει ἡ Μαρία τὸ γένος. καὶ γὰρ πατέρας τῶν γεννωμένων ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν τέκνων τοὺς τῶν θηλειῶν γεννήτορας ἐπιστάμεθα.* Sunt, qui loco modo allato de stemmate Mariae aliquid significari arbitrentur (Semisch, l. c. p. 97, Zahn, GK I 504), quod equidem probare non possum. Quod enim ordinem nominum attinet, quo ab imo incipiente illud Lucae stemma significari videatur, alio loco (di. 120) Iustinus nomina contrario ordine enumerat. Atque cum constaret Christum a Davide oriri (Ies. 7_{14}), illa nomina, quae affert Iustinus, omnibus erant in promptu. Illo autem *τούτων τῶν κατηριθμημένων* nihil nisi id quod antea commemoraverat, nomina videlicet Davidis aliorumque designari potest (conf. Credner I 212). Atque aliis locis (di. 43. 45. 68.), quibus Iustinus Tryphoni persuadere studet effatum Iesaiae (7_{14}) in Christum et Mariam dictum esse, nunquam stemmatibus, sed aliis Veteris Testamenti locis utitur. Cum ita res se habeat, Iustinum neque stemma Lucae neque Matthaei, quae sunt stemmata Iosephi, novisse mihi quidem certum est.

Non igitur tam temere conclusum mihi videtur, in evangelii

exemplo Iustini baptisma Iesu a narratione tentationis exceptum fuisse. Sed quid de illa tentationis narratione Iustini dicendum erit? Lucas enim ipse (λ 4_1) tentationem et baptisma Iesu coniungit. Sed Iustini relatio tentationis non ad Lucam, sed ad Matthaeum pertinet, quod mihi memoratu valde dignum videtur. Utroque loco (di. 103 et 125), quo Iustinus hac de re verba facit, adventus diaboli voce *προσελθεῖν* notatur (*προσελθών, προσῆλθεν*), utroque loco tentatio in monte facta postrema exhibetur, quod di. 103 demonstratur illo *μέχρι τοῦ εἰπεῖν,* di. 125 verbis extremis mentionem tentationis sequentibus: *καὶ ἡττημένος καὶ ἐληλεγμένος ἀπένευσε τότε ὁ διάβολος.* Responsionem Iesu Iustinus his verbis affert: *ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ· γέγραπται· κύριον τὸν θεόν σου προσκυνήσεις καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις* (quod prima verba di. 125 omittantur, rerum ordo, quem illo loco habemus, effecit). Quae omnia statim nos ad Matthaeum remittunt. Sed si tentationis narrationes, quales habemus apud Matthaeum et Lucam, inter se secundum formam, quam praebent codices Syro-Latini, comparemus, non ovum tam simile ovo reperias quam Lucam Matthaeo. Non solum, quod nonnulli „Italae“ codices apud Lucam secundam et tertiam tentationem inter se permutaverunt, verba diaboli, responsiones Iesu apud Lucam in hisce codicibus cum illis apud Matthaeum mira ratione consentiunt. Non parvi momenti esse etiam illud mihi videtur, quod *προσελθὼν αὐτῷ* aut *προσῆλθεν αὐτῷ* (quod Iustinum legisse puto) a nullo codice nisi a Cantabrigiensi in *M* exhibetur. Verba *ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ·* et apud *M* et apud λ inveniuntur, sed praeter inferioris aetatis codices solum in codicibus Italae, cum classis Aegyptia Origenem magistrum sequatur (conf. Orig. 3_{540}: *πρὸς μὲν τὸν Πέτρον εἶπεν· ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ. πρὸς δὲ τὸν διάβολον· ὕπαγε σατανᾶ, χωρὶς τῆς ὀπίσω μου προσθήκης· τὸ γὰρ ὀπίσω τοῦ Ἰησοῦ εἶναι ἀγαθόν ἐστιν*).

Quomodo hic consensus Matthaei cum Luca apud illos testes explicari potest? itane, ut Lucam putemus secundum Matthaeum conformatum esse? Quam explicationem quominus accipiamus, impedimur eo, quod in prima responsione Iesu consensus eo modo efficitur, ut D in Matthaeo *ἐκπορευομένῳ*

διὰ στόματος omittat, in Luca *ἀλλ' ἐν παντὶ ῥήματι θεοῦ* addat. Non igitur aut Lucas ex Matthaeo aut Matthaeus ex Luca pendet, sed uterque continetur alio nescio quo evangelio, cuius de forma num Iustinus aliquam nobis rationem reddere possit, videamus.

Optimo jure Iustini evangelium orationis formae, quam *β* cum in Matthaeo, tum in Luca habet, simillimum fuisse affirmare possumus. Quid porro? Ordo narrationum in evangelio Iustini datarum hic erat: primum oratio baptistae, composita ex *M* et *λ*, deinde baptisma Iesu secundum *λ*, tum tentatio Iesu, e *M* et *λ* commixta. Corpus igitur habemus Lucanum membris Matthaei adiunctis stemmate Lucae omisso. Quale putabimus illud evangelium fuisse? Notitiam habemus harmoniae cuiusdam evangeliorum, quam a Tatiano stemmatibus omissis compositam *διὰ τεσσάρων* inscriptam fuisse Eusebius (h. e. 4_{29}) et Epiphanius (haer. 46_{9}) testantur. At Iustinus illo *διὰ τεσσάρων* usus esse non potest, cum Tatianum Iustino mortuo id edidisse constet. Et Zahnius quidem Tatiani harmoniam nunquam Graeco sermone exstitisse affirmat; sunt autem viri doctissimi, qui de hac affirmatione dubitent. (J. R. Harris, The Diatessaron of Tatian, a preliminary study, Cambr. 1890. A. Harnack, Th Lz 1891 p. 356. E. Nestle, Einführung in das Griech. N T.² 1899 p. 180 sq.) Nonne Tatianum, cum Iustinum saepius in verbis evangeliornm afferendis cum evangeliis Syriacis consentire, illa vero cum harmonia Tatiani nescio qua ratione cohaerere sciamus, a Iustino magistro cum doctrina etiam verba evangelii accepisse vero esse proximum videtur? Intercedere profecto magnas et multas similitudines inter Iustini evangelium et illud *διὰ τεσσάρων* Tatiani ostendi potest et ostendemus. Num audacius collectum videtur illud quoque, quo Iustinus usus est, evangelii exemplum harmoniam quandam evangeliorum fuisse? Minime gentium! Quare statuimus commentariorum Iustini eandem esse ac formae evangeliorum Syro-Latinae quaestionem, quae solvatur, si Iustinum et librarios quosdam archetypi Syro-Latini eandem harmoniam evangeliorum in manibus habuisse ponamus, illum in verbis evangelii laudandis, hos, ut emendarent evangeliorum seiunctorum codices.

Iustini evangelium fuisse harmoniam evangeliorum iam

Engelhardtus (Das Christentum Justins des Märtyrers, 1878 p. 335 sqq.) defendit, etsi argumentatione philologica, quae singula tractat, supersedit, at Zahnius (G K I 536) et Boussetus (l. c. p. 51) quidem illud arbitrium omnium quaecunque hac in re prolata sint, maxime perplexum et insolentissimum appellant. Quo autem iure hoc faciant, videbimus. Veteres quoque nonnulli auctores eandem nostram sententiam probant, ex quibus ante alios nominandi sunt: H. E. Paulus (exeget. krit. Abhandl. 1784. 1822 [2]), Storrius (über d. Zweck d. evangel. Geschichte und Briefe d. Joh., 1786), Gratzius (krit. Untersuchungen über Justins apost. Denkwürdigkeiten, 1814).

Nostrum erit perpensis reliquis, quae a Iustino ex evangeliis allata sunt, demonstrare nostram opinionem esse rectam. Sed praemittenda sunt nonnulla ad ea, quae in superioribus exposuimus, additamenta.

1. In narratione tentationis etiam Tatianus illud *ὕπαγε ὀπίσω μου, σατανᾶ* praebet (Zahn, F[orschungen zur] G K I 125 sq.).

2. Iustinum post λ 3_{22} tentationem Iesu legisse diximus. At novit versum illum 23, quo agitur de aetate Iesu: (di. 88_5) *καὶ γὰρ γεννηθεὶς δύναμιν τὴν αὑτοῦ ἔσχε· καὶ αὐξάνων κατὰ τὸ κοινὸν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀνθρώπων, χρώμενος τοῖς ἁρμόζουσιν, ἑκάστῃ αὐξήσει τὸ οἰκεῖον ἀπένειμε, τρεφόμενος τὰς πάσας τροφάς,* [6]*καὶ τριάκοντα ἔτη ἢ πλείονα ἢ καὶ ἐλάσσονα μείνας, μέχρις οὗ προελήλυθεν Ἰωάννης κῆρυξ αὐτοῦ τῆς παρουσίας καὶ τὴν τοῦ βαπτίσματος ὁδὸν προϊών*, ὡς καὶ προαπέδειξα (scil. di. 49). *καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμόν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε* ... Ante igitur baptisma Iesu in evangelio Iustini ille versus erat positus, quocum conferas Tatiani harmoniam (Zahn, F G K I 123): „et ipse Iesus erat annorum quasi triginta, quando venit, ut baptismum a Ioanne reciperet“ (sequitur Iesu baptisma) et eadem versus istius collocatio etiam in Tatiano Arabico (ed. Ciasca, 1888 p. 7[lat.]) conservata est. Atque in codicibus et apud patres illud „quando venit“ invenitur, nempe pro *ἀρχόμενος* habent *ἐρχόμενος* 700 Clem. (add.: *ἐπὶ τὸ βάπτισμα*), Iren [int. 148] (*ὡς ἀρχ. τρ. ἐτῶν ἐρχ. ἐπὶ τ. βάπτ.*), quod ex illa permutatione verborum exstitisse constat. Quae

denuo versus λ 3_{24-38} in evangelio Iustini omissos et illud evangelium exemplum Tatiani harmoniae fuisse demonstrant.

Neque vero obstat opinioni nostrae, quod Iustinus etiam verba novit eiusdem versus λ 3_{23}: *ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσήφ*. Loco enim di. 88_{15} invenimus: *καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην καὶ νομιζομένου Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος υἱοῦ ὑπάρχειν* .... Haec autem verba cum illis modo allatis adeo erant coniuncta, ut nemo ea secernere auderet.

3. di. 88_8 (continuatio loci supra dati) praebet verba: *καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζεν, κατελθόντος ἐπὶ τὸ ὕδωρ,* [9] *καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐπιπτῆναι ἐπ᾽ αὐτὸν ἔγραψαν οἱ ἀπόστολοι αὐτοῦ τούτου τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν.* Secundum igitur Matthaeum Iustinus hic adventum Iesu ad Iordanem et baptisma describere videtur, cum paulo post (di. 88_{20}) Lucam sequatur. Quid mirum? Licebat certe Iustino alias Matthaeum alias Lucam sequi. At cum di. 88_{20} id, quod dixit 88_8 (cf. *ὡς προέφην*), verbis *ἐπιπτῆναι* et *πνεῦμα τὸ ἅγιον* iteratis repetat, nonne utrumque locum ad unam et eandem formam narrationis referri verisimilius videtur? Locum vero priorem Semischius et Paulus ea ratione interpretantur, ut statuant solam conprehensionem ad *ἔγραψαν* pertinentem ab evangelio esse ductam, at illud *καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῷ Ἰορδάνῃ* additamentum esse Iustini fortasse sermone hominum ei traditum, quod Iustinus ipse verborum constructione commutata designare voluerit. Sed nimis subtiliter hoc collegisse videntur, praesertim cum Iustinum illud additamentum, si ex suo addidisset, non in prima sententia ante evangelistarum verba positurum fuisse putandum sit. Et hoc additamentum, quo ignis ille commemoratur — praeter nonnullos magis alienos auctores, de quibus conferas compositionem Bousseti (l. c. p. 57) — exstat in duobus versionis Italae codicibus apud Matthaeum.[1]) Clamabunt statim hos esse „occidentales", itaque neglegendos.

---

[1]) ag^1: et cum baptizaretur (g^1 + Iesus), lumen ingens (g^1: magnum) circumfulsit (g^1: fulgebat) de aqua, ita ut timerent omnes, qui advenerant (g^1: congregati erant).

Sane occidentales, itaque optimi! Accedit, quod etiam Tatianus hoc additamentum novit (Zahn, FGK I 124 sq.). Ubique in progrediendo ille nobis Iustini cum Tatiano consensus se offert, qui solus quaestionem illam, Iustinusne in di. 88_8 Matthaeum, in di. 88_{20} Lucam sequatur, tollere potest: neutro Iustinum usum fuisse vel ut melius dicam, utroque, id est harmonia illa evangeliorum. Unde etiam hoc explicatur, quomodo factum sit, ut ex tanto codicum numero illi tantum duo, non Cantabrigiensis, non Syriaci illud additamentum praebeant. Certe evangelia singula secundum illam harmoniam a singulis librariis emendabantur, quorum alii illa verba receperunt, alii omiserunt. Non meum est hoc loco eam quaestionem tractare, quomodo forma Syriaca et Tatianus inter se cohaereant.

4. Adventum, cultum, vestitum baptistae Iustinus nisi significatione quadam levi non ostendit: (di. 88_{13}) *Ἰωάννου γὰρ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου καὶ κηρύσσοντος βάπτισμα μετανοίας, καὶ ζώνην δερματίνην καὶ ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου μόνον φοροῦντος καὶ μηδὲν ἐσθίοντος πλὴν ἀκρίδας καὶ μέλι ἄγριον,* [14]*οἱ ἄνθρωποι ὑπελάμβανον αὐτὸν εἶναι τὸν Χριστόν, πρὸς οὓς καὶ αὐτὸς ἐβόα·* [15]*οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστός, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος· ἥξει γὰρ ὁ ἰσχυρότερός μου, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὰ ὑποδήματα βαστάσαι.* Cum Iustinum hic memoriam suam, non verba evangelii sequi certum sit, ille locus in argumentationem quidem adhiberi minime potest. Cum tamen etiam hic ex aliis evangeliis alia, e Matthaeo vestitus, e Marco *ἐσθίων*, e Matthaeo et Marco victus, e Iohanne vox baptistae, sint allata, nostra propositio etiam hoc loco aliquatenus comprobari videtur. Illud autem *οὐκ εἰμὶ ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ φωνὴ βοῶντος* a Iohannis evangelio ortum esse Boussetus quidem negat (l. c. p. 66), et ad evangelium canone non receptum revocat. Sed qua de causa hoc fecerit, equidem nescio; verba enim quarti evangelii clarissime elucent.

Lucam porro sequemur ducem in verbis certo ordine tractandis, cum Lucae descriptionem toti illi harmoniae formae fuisse cognoverimus. Primam tamen sententiam solus Matthaeus praebet.

De prima Iesu oratione.

I. di. 51_1 = $M\ 4_{17}$ (= $\mu\ 1_{14.\,15}$) cf. $\lambda\ 4_{14}$ sqq.

Iustinus sic refert: *Ἰωάννης μὲν προελήλυθεν βοῶν τοῖς ἀνθρώποις ²μετανοεῖν, καὶ Χριστὸς ἔτι αὐτοῦ καθεζομένου ἐπὶ τοῦ Ἰορδάνου ποταμοῦ ἐπελθὼν ³ἔπαυσέ τε αὐτὸν τοῦ προφητεύειν καὶ βαπτίζειν, καὶ εὐηγγελίζετο καὶ αὐτὸς λέγων ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν.* Iesum igitur poenitentiam primo pronuntiasse Iustinus in evangelio suo legisse non videtur, praesertim cum baptistae orationi poenitentiam postulanti Iesu evangelium opponat. Idem habent Tatianus (Zahn, FGK I 130) et ks^cl.[1]) Eusebius (dem. ev. 9_8) quidem et codices Dk hanc sententiam optime cum verbo Iesaiae coniungunt, quod antecedit, ut etiam hi illud *μετανοεῖτε* reprobare videantur, atque Blassio auctore (Beiträge zur Förderung christl. Theologie 1900 IV 9 sq.) etiam Chrysostomus lectionem Syro-Latinam probat.

De Iesu sententia quam cum Matthaeum discipulum sibi adsciverit, protulerit:

οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν.[2])

I. ap. I 15_{11} = $\lambda\ 5_{32}$ = $M\ 9_{13}$ = $\mu\ 2_{17}$.

I. ap. I 15_{11}: *ουκ ηλθον καλεσαι δικαιους αλλα αμαρτωλους εις μετανοιαν.*

$\lambda\ 5_{32}$ (α): *ουκ εληλυθα καλεσαι δικαιους αλλα αμαρτωλους εις μετανοιαν.*

$\lambda\ 5_{32}$ (β): *ουκ ηλθον* (C³D 1. 28. 157. 47^ev) *καλ. δικαιους αλλα αμαρτωλους εις μετανοιαν.*

$M\ 9_{13}$: *ου γαρ ηλθον καλεσαι δικαιους αλλα αμαρτωλους*
+ *εις μετανοιαν*: c g^1.2 s^1 sp mg unc^rell
> ℵBV*Γ*ΔDabff¹hklq vg s^sch p

$\mu\ 2_{17}$: *ουκ ηλθον* [CLcff²g² vg: *ου γαρ ηλθον*] *καλ. δικ. αλλα αμαρτωλους*
+ *εις μετανοιαν*: CΓ unc⁸ acf¹g¹r
> BℵL KMΠ Dbeff²g²ilq vg s^sch sp

---

1) $M\ 4_{17}$: *ἀπὸ τότε γὰρ* (Dk; rell. om; Eus. *γοῦν*) *ἤρξατο ὁ Ἰησοῦς κηρύσσειν καὶ λέγειν·* [— *μετανοεῖτε*: ks^cl Eus^cod P (non S)] *ἤγγικεν* [— *γὰρ*: eidem] *ἡ βασιλεία τ. οὐρ.*

2) Nomen illius viri est sic traditum: $M\ 9_9$: *Μαθθαῖος*; $\mu\ 2_{14}$: *Λευεὶν τον τοῦ Ἀλφαίου*: plerique > D 13. 69. 124. abcef²g¹r: *Ἰάκωβον*

Verba, quae in harmonia erant, nobis λ [β] servavit. Cum inter tria illa evangelia hoc loco maior esset consensus, forma Lucana, quae additum habebat *εἰς μετάνοιαν, ἐλήλυθα* tantum secundum Matthaeum in *ἦλθον* commutato remanserat. Quod apud *M* et *μ* in nonnullis codicibus Latinis veteribus illud *εἰς μετάνοιαν* additur, secundum harmoniam emendati aut corrupti esse videntur.

De nominibus discipulorum.

Iesum Simoni Petri nomen dedisse atque Zebedaidas tonitrui filios appellasse Iustinus loco, qui iterum atque iterum in controversiam venit, (de qua vide infra), narrat: (di. 106_8) *καὶ τὸ εἰπεῖν* [9]*μετωνομακέναι αὐτὸν Πέτρον ἕνα τῶν ἀποστόλων, καὶ γεγράφθαι* [10]*ἐν τοῖς ἀπομνημονεύμασιν αὐτοῦ γεγενημένον καὶ τοῦτο, μετὰ τοῦ καὶ ἄλλους δύο ἀδελφούς, υἱοὺς Ζεβεδαίου ὄντας, μετωνομακέναι ὀνόματι τοῦ Βοανεργές, ὅ ἐστιν* [11]*υἱοὶ βροντῆς* .... Forma evangeliorum nunc recepta illam appellationem apud Marcum praebet: (3_{16}) [*καὶ ἐποίησε τοὺς δώδεκα*], *καὶ ἐπέθηκεν ὄνομα τῷ Σίμωνι Πέτρον* [17]*καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου καὶ Ἰωάνην, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου, καὶ ἐπέθηκεν αὐτοῖς ὄνομα* [cf. Ti.: *ὀνόματα* (!), proinde quasi *Βανηρεγές* complura nomina sint] *Βανηρεγές*[1]), *ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς*. Quae in nostris editionibus nusquam nisi apud Marcum exstant. At λ 6_{14} unus D haec habet: *Σίμωνα, ὃν καὶ Πέτρον ἐπωνόμασεν, καὶ Ἀνδρέαν, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, οὓς ἐπωνόμασεν βοανηργές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς*. Sunt, qui clament esse Lucam e Marco corruptum. Sed quis est, quin sciat interpolatores ad verbum sententias plerumque exscripsisse, neque usquam fere sua ipsorum verba adhibuisse, cum hoc loco aliquantum intersit inter Lucae et Marci verba. Conferens

---

τὸν τοῦ Ἀλφαίου; λ 5_{27}: *Λευεὶ* [D + *τὸν τοῦ Ἀλφαίου*]. Tatianus quoque (Zahn FGK I 129 sq.) Iacobum habuit; id igitur nomen harmoniae compositor, qui unum modo Alphaidem novit, elegisse videtur.

[1]) Nomen videlicet secundum 700. 473. in *μ* 3_{17} cum apud *μ*, tum apud λ *βανηρεγεζ(σ)* scribendum est, cum *βοανεργες* ab interpretibus corruptum sit. s^{l} habet: בני רגשי verbis *ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς* omissis. s^{sch} autem habet: בני רגש דאיתוהי בני רעמא. Huic interpreti igitur vox רגש non iam per se notionem tonitrui habebat, ut num *υἱοὶ βροντῆς* recta interpretatio nominis sit, quaeri possit.

cum illis Iustini locum statim commoveor, quod Iustinus verbo cum *ὀνομάζω* composito, ut D in λ, una cum appellationibus *υἱοὶ Ζεβεδαίου* et *ὀνόμα[τι τοῦ] Βοανεργές*, ut Marcus, utitur. Codices vero Latini ebc in μ habent: e post *Σίμωνι Πέτρῳ*, bc post *ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου*: „communiter autem vocavit [c: convocavit, i. e. *ὀνομάζω, ἐπονομάζω, μετονομάζω* ut D in λ] eos [b: illos] boanerges, quod est [e + interpraetatum] fili tonitrui. erant autem hi [c om] Simon et Andreas, Iacobus et Iohannes, Philippus etc.“[1] ... Quid iam de hac re iudicabimus? Lucamne ex Marco, Marcum (β) ex Luca esse corruptos? Minime eo perducemur, sed compositor harmoniae hanc narrationem e Marco sumpsit atque, haud scio an hoc modo, scripsit: *καὶ τὸν Σίμωνα [ὃν] Πέτρον μετ[επ]ωνόμασεν, καὶ Ἀνδρέαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάνην τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, υἱοὺς Ζεβεδαίου, οὓς ἐπ[μετ-]ωνόμασεν ὀνόματι τοῦ Βανηρεγές, ὅ ἐστιν υἱοὶ βροντῆς.* Inde illud *ἐπωνόμασε* codicem D apud Lucam, codices ebc in μ, quorum librarii verba permutaverunt, invasit.

Ad caput difficillimum, ne dicam inexplicabile, pervenimus, nempe ad ea, quae

de oratione Iesu in monte habita

Iustinus affert verba. Postquam statuimus compositorem ita egisse, ut Lucae narrationi Matthaei verba insereret atque aptaret, necessario iam quaeremus, quonam modo illa oratio fuerit cum Lucae narratione coniuncta.

Neque praedicationes beatitatis neque versus insequentes Iustinus usquam commemorat. Versum demum $M\,5_{16}$ in apologia (I 16_2) sic affert: *λαμψάτω δὲ ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ἵνα βλέποντες θαυμάζωσι* [3]*τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς*, cum in M (5_{16}) locus lectione non fluctuante sic se habeat: *οὕτως λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὅπως ἴδωσιν ὑμῶν τὰ καλὰ ἔργα*

[1]) Non puto his verbis nomen Boanerges omnibus discipulis dari, sed illud „communiter“ tantum ad illos modo nominatos pertinere. Verbis autem, quae sequuntur, catalogus apostolorum denuo incipit. Librarius codicis e ab altera voce *μετωνομασεν* ad alteram transiluit.

καὶ δοξάσωσιν τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. At similiter ac Iustinus legerunt: Clem.[a1] [bis] Eus. Orig. [ter] Tert. [bis] (conf. Resch, TU X 2. 69 sqq.), qui pro vocabulo *φῶς* vel *καλὰ ἔργα* vel *ἔργα* ponunt. Audacius nobis collectum esse videtur, esse hanc lectionem evangelii cuiusdam veterrimi, cum nihil, quominus eam nostri Matthaei lectionem quandam antiquam esse defendamus, impediat. Persaepe enim librarios ab imagine discessisse et interpretationem ipsam in simile inseruisse scimus.[1]) Cum Lucas taceat, neque illud pro certo constitui potest, quonam loco Lucae versus fuerit adiunctus, etsi haud falso conici mihi videatur, in harmonia Matthaei 5_{13-37} inter versum 26 et 27 capitis sexti Lucae fuisse insertos, quocum optime consentit, quod legimus in Evangelii concordantis expositione facta a S. Ephraemo Syro, Armen., in Lat. translata ab Ioanne Bapt. Aucher, ed. G. Moesinger 1876 p. 64. Hic est enim commentarius in Tatiani harmoniam.

Horum igitur versuum, quos quidem Iustinus affert, conspectum tantum quendam praebebimus nulla certa sententia pronuntiata.

M 5_{20} = I. di. 105_{15}. *ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.* Quod D hunc versum omittit, causa est homoeoteleuton cum versu superiore.

M 5_{22}: *πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ* [— *εἰκῆ*: ℵBΔ^2 48. 198. vg.] *ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει . . . . . ὃς δ' ἂν εἴπῃ· μωρέ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γεένναν τοῦ πυρός.*: I. ap. I 16_2: *ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ, ἔνοχός ἐστιν εἰς τὸ πῦρ.* Iure dubitatur, num haec verba, quamquam etiam Origenes illud *ὃς δ' ἂν ὀργισθῇ* habet, quoddam argumentationis fundamentum praebere possint, cum Iustinus ea certe non diligenter allata inter *M* 5_{40} et 5_{41} ponat.

M 5_{28}: *πᾶς ο βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι* [+ *αὐτῆς*: ℵ[b]M it vg] *ἤδη ἐμοίχευσεν αὐτὴν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.*: I. ap. I 15_2: *ὃς ἂν ἐμβλέψῃ γυναικὶ πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἤδη ἐμοίχευσε τῇ καρδίᾳ παρὰ τῷ θεῷ.* Verbum

[1]) Quomodo Blass, Euangelium sec. Matthaeum Lips. 1901 verba Matthaei secundum Iustinum et Chrysostomum refecerit, vide ibd.

ἐμβλέπω pro *βλέπω* (Reschio auctore) etiam Clem.[a1] Did. Constit. Tatianus („quicumque aspicit et concupiscit, adulterat", Moesinger l. c. 66.) tradunt, sed ne hic quidem quicquam statuere audeo.

M 5_{29} = *M* 18_9 = *μ* 9_{47} = I. ap. I 15_3: „*de offensionibus*".

I. ap. I 15_3: *ει ο οφθαλμος σου ο δεξιος σκανδαλιζει σε, εκκοψον αυτον. συμφερει γαρ σοι μονοφθαλμον εισελθειν εις την βασιλειαν των ουρανων η μετα δυο πεμφθηναι εις το αιωνιον πυρ.*

M 5_{29}: *ει δε ο οφθαλμος σου ο δεξιος* [D[gr] + *σου*] *σκανδαλιζει σε, εξελε αυτον και βαλε απο σου. συμφερει γαρ σοι, ινα αποληται εν των μελων σου και μη ολον το σωμα σου βληθη εις γεενναν.* [*σου απελθη εις γεενναν*: Dabcg[1]hs[cl]]

M 18_9: *και ει ο οφθαλμος σου σκανδαλιζει σε, εξελε αυτον* | *και βαλε απο σου* [Chr om]. *καλον σοι εστιν μονοφθαλμον εις την ζωην εισελθειν* [ef[1] Chr: *εισελθ. εις τ. ζ.*] *η δυο οφθαλμους* [s[1] r om] *εχοντα βληθηναι εις την γεενναν του πυρος* [D om; ef: *εις το αιωνιον πυρ*].

μ 9_{47}: *και εαν ο οφθαλμος σου σκανδαλιζη σε* [D[gr]: *και ο οφθ. σου ει σκανδαλιζει σε*] *εκβαλε αυτον. καλον σε εστιν* (aeg.) [*σοι εστιν*: rell., *εστ. σοι*: M* it] *μονοφθαλμον* [k: quacumque parte corporis debilem] *εισελθειν* [D: *απελθειν*] *εις την βασιλειαν του θεου η* | *δυο οφθαλμους εχοντα* [k: integrum] *βληθηναι εις την γεενναν* (aeg. D it[6]) [+ *του πυρος*: rell.; *εις το πυρ το ασβεστον*: F].

λ similia non habet.

Etsi hic omnia fere perturbata atque confusa sunt, tamen Iustini verba compositio trium locorum illorum esse videntur: initium ex *M* 5_{29}, *μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν* [*τῶν οὐρανῶν*] e *μ* 9_{47}, cum ignis aeternus nusquam nisi in codicibus duobus versionis Italae (*M* 18_9) praebeatur. De illo *ἢ μετὰ δύο* (quod etiam apud Orig.[3. 603]) et de voce *πεμφθῆναι* conf. infra. Diiudicare, quid ex evangelio sumptum sit, quid Iustinus ipse memoria deficiente commutaverit, neminem posse arbitrer.

M 5_{32} = *λ* 16_{18} = *μ* 10_{12} = *M* 19_9 = I. ap. I 15_4: „*de nuptiis dimissae*“ alio loco tractanda sunt. conf. infra.

De iure iurando.

M 5_{37} = I. ap. I 16_7, quo loco Iustinus cum nonnullis patribus contra omnes codices verba auctoris sincera nobis tradit: *μὴ ὀμόσητε ὅλως. ἔστω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ.* At Matthaeus noster pervulgatus: *ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν ναὶ ναί, οὒ οὔ· τὸ δὲ περισσὸν ἐκ τοῦ πονηροῦ ἐστίν* praebet, sed quis eo modo sensus exstet, ego quidem non video, quamquam scire sibi videtur B. Weiss, quippe qui testes interrogare neglegat. Habent enim Iustini lectionem (sec. Resch, TU X 2. 96) etiam Clem^{hom} Clem^{al} Cyr. Const. Eus.[1]) (cf. Blass, euang. Matth. ad *M* 5_{37}). Quodsi Tatianus (sec. Zahn FGK I 133) cum Iustino non congruit, haud scio an id nobis indicet, quo tempore illa lectio nimis pro! divulgata se insinuaverit.

Tandem in locum, quo consistamus, cum iam denuo Lucas appareat, statimque ad eandem propositionem atque antea pervenimus:

De talione.

1. I. ap. I 16_1 = *λ* 6_{29} = *M* 5_{39} sq.

I. ap. I 16_1: *τω τυπτοντι σου την σιαγονα παρεχε και την αλλην, και τον αιροντα σου τον χιτωνα η το ιματιον, μη κωλυσης.*

λ 6_{29} [*α*]: *τω τυπτοντι σε εις την σιαγονα παρεχε* [+ *αυτω*: D 28. 𝔖. it(> f²) s¹s^{sch}] *και την αλλην, και απο του αιροντος σου το ιματιον, και τον χιτωνα μη κωλυσης.*

---

[1]) Addendus est Chrysostomus, hom. in M_{17}. Editiones quidem formam commixtam praebere solent: *ἔστω δὲ ὁ λόγος ὑμῶν τὸ ναὶ ναὶ καὶ τὸ οὒ οὔ, τὸ δὲ περισσὸν τούτων ἐκ τοῦ πονηροῦ* (it. edit. Montfauconis Par. Lips. 1836. VII_{261}), deest autem *ὁ λόγος* in editione Moreliana Par. 1636 I 218 et in editione furtim exscripta 1697, item omittunt codd. Fieldii. D. Blassio, magistro meo maxime venerando, qui non solum primus mihi hoc ostentavit, sed etiam quoquo modo me in hac quaestione elaboranda adiuvit, gratias singulares etiam hoc loco agam.

λ 6_{29} [*β*]: *τω τυπτοντι σε εις την σιαγονα παρεχε αυτω και την αλλην, και απο του αιροντος σου τον χιτωνα και το ιματιον μη κωλυσης* (bdf[2]g[1]lqr) [s[1]: *ιματιον* <u>*η*</u> *χιτωνα*].

M 5_{39} sq: *αλλ οστις σε ραπιζει εις* (aeg. > rell.: *επι*) *την δεξιαν σιαγονα, στρεψον αυτω και την αλλην·* [40]*και τω θελοντι* [D: *ο θελων*] *σοι κριθηναι και τον χιτωνα σου λαβειν αφες* [D: *αφησεις*] *αυτω και το ιματιον.*

Matthaeus litem describens praeter vilem tunicam (i. e. *χιτῶνα*) pretiosius pallium (i. e. *ἱμάτιον*) impudenti insuper dari vult, cum Lucas latrocinium in animo habeat, in quo prius pallium abripiatur, tum tunica addenda sit. Forma verborum Iustini Lucam resipit (*τύπτοντι, πάρεχε, αἴροντος, μὴ κωλύσῃς*), sed hac cum ratione verborum sententiam Matthaei commixtam videmus. Compositor enim ille ordinem Matthaei (*χιτὼν — ἱμάτιον*) Lucae narrationi ingessit et ita imaginem subtilem pessum dedit. Eandem rationem in septem Italae versionis codicibus invenimus, qui apud Lucam Matthaei positionem: *χιτῶνα — ἱμάτιον* praebent, atque similiter Syrus Lewisianus *ἱμάτιον ἢ χιτῶνα* habet. Lectionem Italae facile quis corruptam ex Matthaeo iudicaverit, contra lectio Syriaca certo non ex eodem fonte emanavit. Illud *ἢ* nusquam apud Matthaeum invenitur, sed Iustinus et Lewisianus ex eodem auctore pendent, scilicet ex harmonia, quae habuit: *χιτῶνα ἢ ἱμάτιον*. Horum verborum illi codices Italae ordinem, particulam *ἢ* Lewisianus receperunt.

2. Exinde illam sententiam excipientem versum Matthaei (5_{41} = ap. I 16_2) Iustinum in evangelio suo legisse verisimile est, neque ideo, quod Iustinus: *παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον ἀκολούθησον δύο*, Matthaeus: *καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο*, sed Dabcg[1]hk vg, f[1]l Ir., s[c]: *ἔτι ἄλλα δύο* pro *δύο* habeant, cum brevior sententia non ad verbum afferatur, Iustinus a forma Syro-Latina abhorrere putandus est. de vocibus *ἀκολούθησον: ὕπαγε μετ' αὐτοῦ* vide infra.

3. Tertium quoque dictum, quod eodem pertinet, ut maxima cum benignitate indigentibus pecuniam mutuam demus, adhortans

I. ap. I 15_{15} = λ 6_{30} = *M* 5_{42}

I. ap. I 15_{15}: *παντι τω αιτουντι διδοτε*	*και τον βουλομενον δανεισασθαι, μη αποστραφητε.*
λ 6_{30} [α]: *παντι αιτουντι* (אB) *σε διδου* λ 6_{30} [β]: *παντι δε τω αιτουντι σε διδου*	*και απο του αιροντος τα σα, μη απαιτει.*
M 5_{42}: *τω αιτουντι σε δος* (אBD) [rell.: *διδου*]	*και τον θελοντα*[*τω θελοντι*: $D^{it\ pl}$][— *απο σου*: Dkm] *δανισαθαι, μη αποστραφης.*

non sine ratione Matthaei et Lucae verba coniuncta atque permixta praebet, quamquam codices Syro-Latini hoc loco nihil huiusmodi habent, praeter illud *ἀπό σου* omissum.

De inimicis amandis.

1. ap. I 15_{14} = λ 6_{27} sq. = *M* 5_{44} (conf. di. 133).

I. ap. I 15_{14}: *εγω δε υμιν λεγω· ευχεσθε υπερ των εχθρων υμων και αγαπατε τους μισουντας υμας και ευλογειτε τους καταρωμενους υμιν και ευχεσθε υπερ των επηρεαζοντων υμας.*

I. di. 133_{13}: *ευχεσθαι και υπερ των εχθρων και αγαπαν τους μισουντας και ευλογειν τους καταρωμενους.*

λ $6_{27.28}$: *αγαπατε τους εχθρους υμων, καλως ποιειτε τοις μισουσιν υμας,* [28]*ευλογειτε τους καταρωμενους υμας* [*υμιν*: EHLSUVΔΛ cf vg] *προσευχεσθε περι* (aeg.; rell.: *υπερ*) *των επηρεαζοντων υμας.*

M 5_{44}: *αγαπατε τους εχθρους υμων*
ευλογειτε τους καταρωμενους υμας [D: *υμιν*]
καλως ποιειτε τους μισουντας υμας } אB (abf¹g^{1.2}l vg.) ks^{cl} om
προσευχεσθε υπερ των διωκοντων υμας (אB km s^{cl})
[rell.: *προσευχεσθε υπ. τ. επηρεαζοντων υμας* [D om] *και διωκοντων υμας*].

Omnibus Iustini locis illud *εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν* exstare atque eminere, quod Reschio auctore (TU X 3. 72)

etiam apud Clem.[hom] Clem.[al] *Διδ.* Didasc. legitur, iam Boussetus praedicat atque hanc sententiam ex evangelio quodam in canonem non recepto Iustinum transtulisse opinatur. At cum his locis illud *καταρωμένους ὑμῖν* Iustini etiam Cantabrigiensis apud Matthaeum, nonnulli Latini codices apud Lucam praebeant, ceterisque locis, quibus Iustinus a forma pervulgata discreparet, quin causas differentiae ex compositione evangeliorum repeteremus, nihil impediverit, etiam hac in sententia Iustinum illa harmonia usum esse affirmemus, quamquam de singulis verbis nihil certi statuere possumus. Locus ap. I 15 diligentius allatus videtur esse. Quod di. 133 verba *εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων* omittuntur, mihi quidem non comprobat, in evangelio Iustini ea verba defuisse (contra Boussetum p. 77).

2. I. ap. I 15_{13} = *λ* 6_{32} = *M* 5_{46} (5_{47}).

I. ap. I 15_{13}: *ει αγ πατε τους αγαπωντας υμας, τι καινον ποιειτε; και γαρ οι πορνοι τουτο ποιουσιν.*

λ 6_{32}: *και ει αγαπατε τους αγαπωντας υμας, ποια υμιν χαρις εστιν; και γαρ οι αμαρτωλοι τους αγαπωντας αυτους αγαπωσιν.*

λ 6_{32} (*β*): *και ει αγαπ. τ. αγαπ. υμ., ποια υμ. χαρ. εστ.*

[s^h: מא טב לכון; s^{sch}: אידא הי טיבותכון; s^1: מנא הי טיבותכון]

D pergit: *και γαρ οι αμαρτωλοι τουτο ποιουσιν τους αγαπωντας αυτους αγαπωσιν* [s^1 om *και γαρ — αγαπωσιν*].

M 5_{46}: *εαν γαρ αγαπησητε τους αγαπωντας υμας, τινα μισθον εχετε;* [D it[pl] vg: *εξετε*]

[Syri: מנו (מנא vel מא) אגרכון (אגרא אית לכון)]

ουχι [s^1 om] *και οι τελωναι το αυτο* [DZ 33. hk s^{cl}: *ουτως*, it[pl]: *τουτο*] *ποιουσιν;*

M 5_{47}: *και εαν ασπασησθε τους αδελφους υμων μονον, τι περισσον ποιειτε;*

[s^c: מנא הי טיבותכון; s^h: מא מותר אתון עבדין; s^{sch}: מנא יתיר עבדין אנתון]

ουχι και οι εθνικοι το αυτο ποιουσιν; [k s^1 om versum].

Iure quispiam illud *τι καινὸν ποιεῖτε* neque minus vocem *πόρνοι* pro *ἁμαρτωλοὶ* seu *τελῶναι* miratus sit, et ego quidem nonnulla de his rebus postmodo addam. Verba autem *τοῦτο ποιοῦσι* rursus D in Luca nobis offert, apud Matthaeum codices quidam Italae exhibent. Ex Lucana huius sententiae

forma luce clarius est, quomodo Cantabrigiensis codicis lectio e duobus fontibus, scilicet e Lucae evangelii exemplo et ex harmonia evangeliorum qua usus est Iustinus, illo *τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγ πῶσιν,* hac *τοῦτο ποιοῦσιν* praebentibus profluxerit. Cum lectione in D e duobus fontibus composita optime congruit lectio Tatiani sec. homilias Aphraatis (Zahn, FGK I 134). Hunc locum sequitur

3. I. ap. I 15_{15} = λ 6_{34}.

I. ap. I 15_{15}: *ει γαρ δανειζετε, παρ ων ελπιζετε λαβειν, τι καινον ποιειτε; τουτο και οι τελωναι ποιουσιν.*

λ 6_{34}: *και εαν δανισητε* (aeg.; rell. *δανειζετε*), *παρ ων ελπιζετε λαβειν* (aeg.; rell.: *απολαβειν*), *ποια υμιν χαρις εστιν*; [B 700 e om]
[Syri: מנא הי טיבותכין: s[1]; אידא הי טיבותכון: s[sch]; מא טובא לכון: s[h]]
και αμαρτωλοι αμαρτωλοις δανιζουσιν, ινα απολαβωσιν | *τα ισα* [Dabcef[2]lqr s[1] om].

Rursus *τί καινὸν ποιεῖτε*; miror, rursus conclusio praecisa atque contracta: *τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν* nobis occurrit. De lectione Iustini *τί καινὸν ποιεῖτε,* cuius de origine infra nobis agendum erit, et de lectionibus Syriacis hoc quoque loco aliquid dicendum videtur esse. Habent enim s[1] in λ 6_{32} et 6_{34} atque s[c] in *M* 5_{47}, ille pro *ποία ὑμῖν χάρις ἐστίν,* hic pro *τί περισσὸν ποιεῖτε* eadem verba: מנא הי טיבותכין, quae secundum ceteros codices Syriacos ad λ pertinent. s[c] igitur in *M* a verbis Lucae pendere videtur. Sed cum Lucas versui *M* 5_{47} simile non praebeat, ex quo illa lectio apud s[c] in *M* 5_{47} profluxerit, alium illius lectionis auctorem quaeremus. Harmonia enim Iustini certe omnibus locis, qui has quaestiones Iesu praebent, illud *τί καινὸν ποιεῖτε* habuit. Quod si Tatianus Syriace verbis מנא הי טיבותכין reddidit, auctorem habemus, qui Curetoniano lectionem offerebat. Atque profecto habuit Tatiani harmonia (sec. homilias Aphraatis, ed. Wright, 1869 p. 35, Zahn FGK I 134) omnibus locis verba illa מ׳ ה׳ טיבותכון, ut Curetonianum a Tatiani harmonia pendere non falso concludas.

Hoc loco differentias, quae exsistunt, iterum tabula accuratius composita contendam:

I.	λ 6	M 5
ει αγαπατε τ. αγαπ. υμ. τι καινον ποιειτε; και γαρ οι πορνοι τουτο ποιουσιν.	32 και ει αγαπατε τ. αγαπ. υμ. ποια υμιν χαρις εστιν; και γαρ οι αμαρτωλοι τουτο ποιουσιν.	46 εαν γαρ αγαπησητε τ. αγαπ. υμ. τινα μισθον εξετε; ουχι και οι τελωναι τουτο ποιουσιν.
ει γαρ δανειζετε παρ ων ελπιζετε λαβειν τι καινον ποιειτε; τουτο και οι τελωναι ποιουσιν.	34 και εαν δανειζετε παρ ων ελπιζετε λαβειν ποια υμιν χαρις εστιν; και οι αμαρτωλοι δανειζουσιν, ινα απολαβωσι.	
		47 κ. εαν ασπασησθε τ. αδελφ. υμ. μονον, τι περισσον ποιειτε; ουχι και οι [εθνικοι] τελωναι τουτο ποιουσιν;

Sed his de rebus, cum de ratione et ordine tum de usu verborum, infra nobis agendum erit.

γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες.

I. ap. I 15_{19} = di. 96_{9} = λ 6_{35} sqq. = *M* $5_{45.\ 48.}$

I. ap. I 15_{19}: *γινεσθε δε χρηστοι και οικτιρμονες, ως και ο πατηρ υμων χρηστος εστιν και οικτιρμων, και τον ηλιον αυτου ανατελλει επι αμαρτωλους και δικαιους και πονηρους.*

I. di. 96_{9}: *γινεσθε χρηστοι και οικτιρμονες ως και ο πατηρ υμων ο ουρανιος· και γαρ τον παντοκρατορα θεον* [10] *χρηστον και οικτιρμονα ορωμεν, τον ηλιον αυτου ανατελλοντα επι αχαριστους και δικαιους και βρεχοντα επι οσιους και πονηρους, ους παντας οτι και κρινειν μελλει εδιδαξεν.*

λ 6_{35} sqq.: *εσεσθε υιοι υψιστου, οτι αυτος χρηστος εστιν επι τους αχαριστους και πονηρους.* ^{36}*γινεσθε οικτιρμονες, καθως ο πατηρ υμων* [+ *ο ουρανιος*: ℵ^{a} 13. 69.] *οικτιρμων εστιν* [ab(q) Cypr. Mcion: *οικτιρει*] [s^{h}: *καθως ο πατηρ υμων οικτιρμων* (חנן) *και χρηστος* (רחמן) *εστιν* (+ *και τελειος* (שׁלם): cod. A)] ^{37}*και* [D 700 it s^{1} om] *μη κρινετε και ου μη κριθητε.*

M 5_{45-48}: ^{45}*οπως γενησθε υιοι του πατρος υμων του εν ουρανοις, οτι* [it^{pl} vg: *ος*] *τον ηλιον αυτου ανατελλει επι* | *πονηρους και αγαθους* [acff^{1}h s^{1} $s^{sch\ p}$ ~] *και βρεχει επι δικαιους και αδικους.* ^{46}. . . . . ^{47}[s^{1}k om] . . . ^{48}*εσεσθε ουν υμεις τελειοι* [s^{cl} s^{sch}: גמירא; s^{h}: שׁולמן] *ως* [aeg.: *ωσπερ*] *ο πατηρ υμων ο ουρανιος* [*εν τοις* [D* om] *ουρανοις*: DKM*Π*S*Δ* bcg^{1}hk $s^{cl.}$ s^{sch}] *τελειος εστιν.*

Hic denique ad certum exitum pervenimus, quamquam e memoria Iustinus locum affert, ut singula verba dialogi cum apologiae verbis non semper consentiant. Unum autem et dialogus et apologia convenienter praebent, illud mirabile: *γίνεσθε χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες* coniunctum cum illo *ἥλιον ἀνατέλλει,* ut deprehendamus Matthaeum cum Luca commixtum. Boussetus, qui optimo iure negat fieri potuisse, ut Iustinus et ceteri patres, qui eandem sententiarum commixtionem praebent (conf. Resch TU X 3. 88 sq.), casu idem consilium has sententias miscendi caperent, immo vero hoc eos in evangeliis suis legisse oportere affirmat, coniectura sua evangelii praecanonici usus rem explicare studet, quo in evangelio, cum caput sextum Matthaei nil nisi suppositicium sit, Matthaei capitis quinti versum 48 (45) versus primus capitis septimi exceperit. Licet optime haec disseruerit, tamen haec opinio non ad unum omnia satis explicat; nam quaeritur, unde mixtio illa Matthaei et Lucae orta sit, quae quaestio nostra coniectura, Iustini evangelium fuisse harmoniam quandam evangeliorum nostrorum, et solvitur et, si Matthaei 5_{45} cum Lucae 6_{35} sqq. coniunctum fuisse sumas, idem sententiarum contextus, quem Boussetus comprobare studet, evadit. Atque re vera Iustinum haec ita legisse, clausula loci di. 96: *οὓς πάντας ὅτι καὶ κρίνειν μέλλει ἐδίδαξεν* significat.

Quam diligenti ratione compositor ille harmoniae Matthaeum cum Luca coniunxerit, facile est cognitu.

Primum ex verbis

λ: γίνεσθε οἰκτίρμονες
et *M*: ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι
[= οἰκτίρμονες?]

conjunctis factum est:

γίνεσθε τέλειοι καὶ οἰκτίρμονες,

ubi pro voce τέλειοι Iustinus vocabulum χρηστοὶ affert; sed utrum hoc compositor ex λ 6_{35} hauserit, an iam in Matthaeo suo pro „τέλειος“ voce illud χρηστὸς legerit, nescio.

Deinde ad verba

λ: ὅτι αὐτὸς χρηστός ἐστιν .....
καθὼς ὁ πατὴρ οἰκτίρμων ἐστὶν
ex *M*: ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος χρηστός
[= τέλειος?] ἐστιν

addidit, unde factam est:

ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν [ὁ οὐράνιος] χρηστός ἐστιν καὶ οἰκτίρμων,

tum coniunxit

λ: ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους καὶ πονηροὺς
et *M*: ὃς τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς
καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους

ita ut fieret:

ὃς [καὶ] τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους καὶ βρέχει ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς.

Vox ὁσίους etiam apud Naass 5_7 (sec. Tischend. ad *M* 19_{17}) invenitur, de qua re etiam infra nonnulla dicenda sunt.

De precibus, stipibus, ieiuniis in occulto faciendis.

I. ap. I 15_{21}: μὴ ποιῆτε ταῦτα πρὸς τὸ θεαθῆναι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, εἰ δὲ μή γε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Nil ex hoc loco colligi potest nisi Iustinum Matthaei versum 6_1 cognovisse. Sed cui loco Lucae hic versus cum iis, quae cum eo coniuncta in harmonia eum praecessisse videntur, insertus fuerit, diiudicari non potest.

De non condendis pecuniae thesauris.

De hoc dicto, cum praeter sententiae conexum, quo apud Iustinum exstat, nil proprium habeat, ibi agere sufficiet, ubi ordinem verborum orationis montanae apud Iustinum tractabimus.

De detrimento animae.

I. ap. I 15_{17} = λ 9_{25} = *M* 16_{26} = μ 8_{36} sq.

I. ap. I 15_{17}: *τι γαρ ωφελειται ανθρωπος, αν τον κοσμον ολον κερδηση, την δε ψυχην αυτου απολεση; η τι δωσει αυτης ανταλλαγμα;*

λ 9_{25}: *τι γαρ ωφελειται ανθρωπος κερδησαι τον κοσμον ολον εαυτον δε απολεσας η ζημιωθεις;* [Dac: *εαυτον δε απολεσαι η ζημιωθηναι*].

λ 9_{25}: *τι γαρ ωφελειται ανθρωπος* [D: *-ον*], *εαν κερδηση τον κοσμον ολον, εαυτον δε απολεση η* [s^c om *απολ. η*] *ζημιωθη* (D²beff²g¹qr vg s¹) [l: si lucretur universum mundum, se autem perdat et animam suam; s¹: *εαυτον δε ζημιωθη και* . . . . .]

M 16_{26}: *τι γαρ ωφεληθησεται* (aeg. 33. 157. 𝔉. efq s^sch; rell.: *ωφελειται*) *ανθρωπος, εαν τον κοσμον ολον* [er om] *κερδηση, την δε ψυχην αυτου* [e om] *ζημιωθη; η τι δωσει ανθρωπος ανταλλαγμα της ψυχης αυτου;*

μ 8_{36} sq.: *τι γαρ ωφελει* (aeg. anq s^sch, rell: *ωφελησει*) [+ *τον*: ACDΠ] *ανθρωπον* (aeg. KMΠ D; rell.: *-ος*) *κερδησαι* (aeg.) [rell.: *εαν κερδηση*] *τον κοσμον ολον και ζημιωθηναι* (aeg.) [rell.: *ζημιωθη*] *την ψυχην αυτου;* ³⁷*τι γαρ* (aeg.) [rell.: *η τι;* D: *η τι γαρ*] *δοι* (ℵB) [rell.: *δωσει*] *ανθρωπος ανταλλαγμα της ψυχης αυτου.*

Quamquam nostra evangelia aliis locis hanc sententiam afferunt, tamen nobis iam hic de illa disserendum est. Verba Iustini eandem mixtionem Matthaei cum Luca ostendunt, quam supra statuimus, verbo *ἀπολέσῃ* praecipue Lucam significante. Latini quoque fere omnes in λ non participium sed enuntiatum a coniunctione condicionali pendens habent, cum Syrus Curetonianus *ἀπολέσας* r̃ omittat. De vocibus *τὴν ψυχὴν αὐτοῦ* = *ἑαυτὸν* vid. infra.

Singulis locis sic secundum regulas artis criticae pertractatis iam id maxime nobis quaerendum est, quo modo et ordine verba in harmonia illa fuerint coniuncta. Cum iam antea Matthaeum Lucae insertum fuisse invenerimus, hunc quoque locum restituere conati Iustini et Lucae potissimum ordinem maxime respiciamus, necesse est. Conferamus igitur Iustini verba cum oratione Lucae:

I. ap. I 15	λ 6	*M* 5
εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπ. ὑμᾶς, τί καινὸν ποιεῖτε; καὶ γὰρ οἱ πόρνοι τοῦτο ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ ὑμῖν λέγω· εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀγαπᾶτε τ. μισοῦντας ὑμ., κ. εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμ. ὑμῖν, κ. εὔχεσθε ὑπὲρ τ. ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.	32 εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπ. ὑμ., ποία υμ. χάρις ἐστίν; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλ. τοῦτο ποιοῦσιν. (35) 27 ἀλλὰ ὑμῖν δε λέγω τοῖς ἀκούουσιν· ἀγαπᾶτε τ. ἐχθρ. ὑμῶν, καλῶς ποιεῖτε τ. μισοῦσιν ὑμᾶς, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμ. ὑμῖν, προσεύχεσθε περὶ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς.	46 ἐὰν γὰρ ἀγαπ ... 44 ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· ἀγαπᾶτε ...

Versus igitur 32 in evangelio Iustini versum 27 antecessisse videtur. Num hoc veri simile sit, quaeri potest. Contextus et vis verborum hac mutatione certe meliora fiunt. Fieri enim recte vix potest, ut versus 27 coniunctione ἀλλὰ ad versum 26 adnectatur, sed profecto postulamus, ut verba in modum versus 32 comparata versum 27 (veluti apud Matthaeum) antecedant. Compositor ille, cuius intererat sententias inter se bene quadrare, cum versui 32 priorem locum concessisset, facultatem versus 35[a], qui nihil novi praebet sed solum versum 27 iterat, omittendi assecutus est. Non falso nos verba Iustini evangelii reficere conatos esse, statim, cum de versibus 31. 33. 34 plane a compositore omissis agetur, apparebit.

Cum loco apologiae verba evangelii interumpens Iustinus paullo post illud *παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε* exhibeat, nihil obstat, quin secundum Lucam nostrum in evangelio Iustini versus 29 versum 28 subsecutus fuerit.

Quae cum his verbis cohaeserint, iam videamus:

I. ap. I 16	λ 6	*M* 5
τῷ τύπτοντί σου τὴν σιαγόνα πάρεχε καὶ τὴν ἄλλην, καὶ τὸν αἴροντά σου τὸν χιτῶνα ἢ τὸ ἱμάτιον, μὴ κωλύσῃς... παντὶ δὲ ἀγγαρεύοντί σε μίλιον, ἀκολούθησον δύο.	= 29	= 39. 40. =41: *καὶ ὅστις σε ἀγγαρεύσει μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο.*
Ap. I_{15}: *παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε καὶ τὸν βουλόμενον δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῆτε. εἰ γὰρ δανείζετε παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, τί καινὸν ποιεῖτε; τοῦτο καὶ οἱ τελῶναι ποιοῦσιν.*	=30ª: *παντὶ τῷ αἰτοῦντί σε δίδου* [34]*κἂν δανείζετε, παρ' ὧν ἐλπίζετε λαβεῖν, ποῖα ὑμ. χάρις ἐστίν; καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτ. δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσιν.*	=42: *τῷ αἰτοῦντι σε δός, καὶ τὸν θέλοντα δανείσασθαι μὴ ἀποστραφῇς*

λ 6_{30} Matthaei capitis quinti versum 41 post λ 6_{29} optime insertum sequitur, cuius versus (*M* 5_{41}) initium ad similitudinem Lucae conformatum esse vides. Illud *παντὶ* testatur atque obsignat Iustinum hanc sententiam, tametsi in apologia versus ad id, quod illo loco agitur, accommodati paulum divelluntur, in Lucae verbis legisse. Ea, quae sequuntur (ex ap. I 15) uno tenore afferuntur, ut vix discerpere quis audeat, sed λ 6_{30} cum *M* 5_{42}, qui versus a λ 6_{34} excipiuntur, coniunctum fuisse statuendum sit. Quid autem versibus 31. 32. 33 factum est? Versus 31, aurea regula quae vocatur, minime ad has sententias pertinet atque Matthaeus hoc dictum 7_{12} demum proferebat, itaque compositor hoc loco illud omisit. Versus autem 32 et 33, cum alter iam alio loco esset propositus, alter nil nisi versum 32 iteraret (quem Matthaeus omittit) omissos esse, non mirabimur. Itaque compositor facere paene non potuit, quin versum 34 versui 30 adiungeret, praesertim cum hac mutatione, ut iam supra diximus, contextus optimus exsisteret.

Atqui Iustinus pergit ap. I 15_{16} (post λ 6_{34}): *ὑμεῖς δὲ μὴ θησαυρίζετε ἑαυτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, ὅπου σὴς καὶ βρῶσις ἀφανίζει*

καὶ λῃσταὶ διορύσσουσιν· θησαυρίζετε δὲ ἑαυτοῖς ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. [17] *Τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ, τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ἀπολέσῃ; ἢ τὶ δώσει αὐτῆς ἀντάλλαγμα; θησαυρίζετε οὖν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει.*

Haec verba (Matthaei nempe $6_{19.\,20}$ coniuncti cum $\lambda\ 9_{25}$) ut in evangelio unquam sic scripta exstarent, fieri non potuisse sed hoc libertati ac licentiae Iustini tribuendum videtur. Certe videtur, non e s t. Consensus sententiarum ita plane optimus evadit: argentariis et avaritiae paganorum paupertas Christianorum opponitur neque, ut illis abstinerent Christiani, ulla admonitio melior reperiri potuit illis verbis: *τί γὰρ ὠφελεῖται ἄνθρωπος, ἂν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ.* Quin etiam hoc dictum sic demum vim suam accipit, maiorem saltem vim quam illo, quo evangelia nostra loco id praebent, ne dicam, casu afferunt, cum illa verba ibi propter vocem *ψυχὴν* adiungantur, quamquam ea vox antea vitam, hoc loco animum significat. Versu ex illo contextu dempto hiatus non exsistit, apud Iustinum autem sententiae de argentariis versus artissimo nexu est insertus. Est autem quaerendum, utrum dictum illud de argentariis Iustinus in evangelii sui exemplo hoc loco legerit, necne.

Quamquam enim hic locus, cum caput sextum Matthaei Lucae libro fuerit inserendum, non alienus esse videtur, sententiarum conexu non modo non interrupto sed aliquatenus aucto et coartato, tamen fortasse post $\lambda\ 12_{33}$ Luca ibi verba etsi non eadem, sed tamen simillima praebente verba Matthaei inserere malis. Uno autem argumento confirmari potest, Matthaei caput sextum Lucae capiti non duodecimo sed sexto a compositore harmoniae insertum esse: sententiam „ubi thesaurus vester, ibi etiam animus“, quae et in Matthaei capite sexto et in Lucae duodecimo dictum de thesauris non condendis excipit, Iustinus de curis dicto adiungit. Num hoc casu et libidine fecit? Minime! Si compositor sententiam de thesauris ex *M* 6 (sine versu 21) Lucae capiti 6 iniecit, haec sententia infra in capite 12 videlicet omittenda fuit, qua re dictum „ubi thesaurus, ibi animus“ dicto de curis proximum factum est, quo Iustinus alterum post alterum ut afferret, facillime adduceretur (qua de re confer infra). Luce clarius hac re demonstrari opinor et Iusti-

num neque Matthaeo neque Luca, sed compositione horum evangeliorum maxima cum diligentia elaborata usum esse et verba *M* 6_{19} sq. in illa compositione capiti Lucae non duodecimo sed sexto inserta fuisse. Itaque quod valde dubium initio videbatur, re vera in apologia verba evangelii cuiusdam, i. e. harmoniae legimus.

Hunc locum etiam versus *λ* $6_{35\,b}$ sq. + *M* 5_{45-48} subsecutos esse puto, cum et apud Iustinum hoc loco sequantur et contextus Lucae ea ibi praebeat. Habemus autem apud Iustinum inter illa dicta vocem *καὶ*, ut putes, Iustinum ea non continuo ordine legisse, sed aliud aliunde affere. Sed id *καὶ* nihil nisi verba adiungit neque ullius momenti est, ut perperam colligas dicta voce *καὶ* quasi seiuncta apud Iustinum etiam in harmonia seiuncta atque locis discreta fuisse. Nam ap. I 15_2 inter *M* 5_{28} et 5_{29} vox *καὶ* posita est, ubi minime verba divelli possunt, ap. I 16_2 desideratur inter sententias (*λ* 6_{29}, *M* 5_{22}, 5_{41}, 5_{16}), inter quas utique exspectanda erat. Itaque prout libet illam vocem vel ponit vel non ponit (conf. ad hanc rem Credner I p. 221). Harmonia igitur perrexerat: *γίνεσθε δὲ χρηστοὶ καὶ οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν [ὁ οὐράνιος] χρηστός ἐστιν καὶ οἰκτίρμων, καὶ τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ ἀχαρίστους καὶ δικαίους καὶ βρέχει ἐπὶ ὁσίους καὶ πονηρούς.* Optime congruit, ut iam supra diximus, quod versus *λ* 6_{37} sequebatur; id enim locus di. 96_9 indicat.

Doleo, quod nullo fere omnium horum locorum Tatiani diatessaron nobis subvenit. Sed si conferes collectiones illas, quas diligentissime et accuratissime composuit Zahnius (FGK I $_{112}$ sqq.), reperies omnes has sententias, quas exhibet Iustinus, aut in commentariis Aphraatis et Ephraemi casu deesse, aut ab illis auctoribus ita allatas esse, ut ad harmoniam Tatiani reficiendam nihil fere valeant.

Demonstravimus non solum Iustini evangelium harmoniam evangeliorum fuisse, sed etiam codices Syro-Latinos cum illa harmonia cohaerere, qua de re iam pauca nobis dicenda sunt.

Duo lectionum genera invenimus, quae illam propinquitatem nobis indicaverunt, alterum, quod et harmoniam et codices Syro-Latinos perantiquas vel primas lectiones subinde servasse ostendit, alterum, quod illa contaminatione ipsa ortum est, quae perfecta effecit harmoniam. Utrum igitur harmonia ex illis codicibus an codices ex harmonia pendeant, quaerendum videtur et quaerentibus hoc respondemus:

Erat initio alterius saeculi et Romae et toto occidente ea evangeliorum forma recepta, quam nonnulli Romanam, nos Syro-Latinam nominamus. Haec forma reliquis in evangeliis nonnulla tantum sibi peculiaria habet, quae ubique lectiones primas retinere videntur, Lucae autem ad Theophilum librorum formam plane diversam ab ea, quae in oriente legebatur, de qua re plura dicere hoc loco meum non est. Huius ergo formae codicibus usus compositor ille, cuius nomen nos nescire dolemus, harmoniam quattuor evangeliorum comparavit: quare in ea omnes illius formae Syro-Latinae proprietates inveniuntur. Non ita multo post librarii evangeliorum seiunctorum passim ex harmonia quas cuique lectiones visum est in codices evangeliorum intulerunt, ut quae ex hisce erant petita, inter se contaminata in ea reverterentur. Habent sua fata libelli. Non meum est hoc loco omnes horum codicum omnibus ex evangeliis discrepantias huius generis conferre, cum dies nos deficeret, si haec omnia perscrutari et enumerare vellemus.

At omnes fere adhuc viri docti, qui lectiones illorum codicum tractaverunt, discrepantias huius generis neglegendas putaverunt. Ut praeteream eos, inter quos praecipue eminet B. Weiss, qui his discrepantiis seu interpolationibus pessimam esse in his codicibus evangeliorum formam demonstrasse sibi videatur, illi quoque, qui semper formam Syro-Latinam magni aestimaverunt, has discrepantias librariis quibusdam, qui ex arbitrio verba singulorum evangeliorum conglutinassent, attribuendas esse censuerunt. Aliter rem se habere iam hoc libello probatum est.

Atque ante nos iam Eberhardus Nestlius auctor ille clarissimus quaesivit (Einführ. i. d. gr. NT^2 p. 181), nonne codices Syro-Latini ex evangeliorum harmonia penderent, atque de Tatiani harmonia *διὰ τεσσάρων* coniecturam fecit. Sed

cum Graecum archetypum harmoniae Tatianum adhibuisse nondum satis probatum esset, multum difficultatis res habebat, quonam modo codices Latini atque Graecus ipse D ab harmonia Syriaca penderent. Nunc hoc quoque impedimentum expeditur, cum et Graecum D et Latinos codices et Tatianum denique ipsum ex harmonia illa Graeca pendere apparere videatur, Tatianum vero hanc in linguam Syriacam transtulisse, ex qua harmonia Syriaca Syriaci codices pendeant, verisimillimum sit, quod singulis demonstrare conatu atque labore dignum videtur.

Duas igitur quaestiones forma evangeliorum Romana vel Syro-Latina nobis praebet, alteram, quam supra tractavimus, alteram, quae est de operibus Lucae. (Qua de re confer F. Blass, Acta apostolorum, ed. phil. 1895 et ed. min. 1895 in praefationibus, item Euangelium sec. Lucam 1897.[1])

Hae duae quaestiones inter se confusae diligentissime secernendae sunt atque sic de lectionibus Syro-Latinorum codicum iudicandum videtur:

1. Discrepantiae, quibus verba singulorum evangeliorum inter se exaequantur, etsi ad harmoniam illam Graecam secundi saeculi reficiendam non neglegendae sunt, tamen sunt in libris scriptorum Novi Testamenti edendis omittendae.

2. Lectiones, quae sunt in operibus Lucae, formam nobis perantiquae editionis, fortasse Lucae ipsius scriptorum illorum praebent.

---

[1]) De illa scriptura *Ιωάνης* nominis in codice D, quam inveni opera adiutus D. Bousseti (conf. F. Blass, Euang. Luc. 1897, praef. VI sq., Philology of the gospels, p. 74 sq., Nestle, Einführung i. d. gr. NT² p. 130), hoc loco pauca addam. R. Harris vir doctissimus iam quattuor (non tres) numerorum meorum emendavit, sed ne Nestliana quidem computatio mendis vacat. *M* 3_1 habet D: *ΙΩΑΝΗΝ*. Inter *N* et *H* umbra lineae obliquae (⟍) aspici videtur posse, ut, quod Scrivener voluit, *-νν-* breviter scriptum esse credas. Sed ne D. Blass quidem investigator peritissimus credidit. Scribendum est igitur apud Nestle: *M*: 3 (scil. 3_1 9_{14} 14_2):23. *ι*: 7:17, sed D non nullis locis corrosus est. In fine evangelii Iohannis legitur: *ευαγγελιον κατα ιωανην ετελεσθη, αρχεται ευαγγελιον κατα λουκαν,* quod certe a librario recentiore originem ducit, cui etiam locos Iohanneos ipsos, qui unum *-ν-* habent, attribuam. In *μ* scribe pro 2:24 numeros: 2 (scil 1_{29} 6_{25}): 23, cum D uno loco (6_{16}) nomen omittat. *λ* (27:1 [scil 9_7]) et *π* (21: 2 [scil 11_{16} 13_5]) libri recte adnotati sunt. Addendum est nomen *Ιωανα*, quod *λ* 8_2 in D uno N scriptum exstat.

3. Lectiones apud Matthaeum Marcum Iohannem, quae non ad 1 pertinent, omnibus fere locis formam genuinam exhibent.

Pauca attulisse, quae non nullius momenti sint, ut verba evangeliorum apud Iustinum tradita rei criticae usui sint, atque ille codex Cantabrigiensis ut honoris sedem suam recuperaret aliquid contulisse, mihi satis est.

Vita.

Natus sum Fridericus Georgius Ernestus Lippelt a. d. V. Non. Oct. anni 1874 in vico, cui nomen est Rogaetz, ad Albim flumen sito, patre Guilelmo, matre Minna de gente Burchhardt, quos adhuc superstites esse maxime laetor. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis, postquam pater anno 1876 in oppidum, quod vocatur Wanzleben, transmigravit, per magistros huius oppidi, praecipue per virum humanissimum F. Metzke imbutus inde ab anno 1885 paedagogium claustri „beatae virginis" Magdeburgi frequentavi, unde patre quoque Magdeburgum transgresso vere 1893 testimonio maturitatis instructum me Dr. C. Urban et D. W. Bornemann, magistri mihi maxime venerandi, dimiserunt, ut studiis theologicis operam darem. Quod primum feci in numerum civium academicorum Georgiae Augustae universitatis adscriptus, deinde Berolini, denique Halis versatus, atque interfui scholis virorum illustrium:

Gottingae: Bonwetsch, Bousset, Feine, Hackmann, M. Heyne, Knoke, G. E. Mueller, Rahlfs, Reischle, Roethe, H. Schultz, Schulthess, Schuerer, R. Smend, J. Weiss, Wellhausen, de Wilamowitz;

Berolini: Harnack, Kaftan, Pfleiderer;

Halis: Beyschlag, Blass, Haupt, Hering, Kautzsch, Kaehler, Loofs, Rothstein, Uphues.

Seminariis atque exercitationibus theologicis per omnia fere semestria interfui.

Examinibus pro licentia concionandi anno 1897 atque pro ministerio anno 1900 superatis, postquam interea Magdeburgi voluntariam extra ordinem professus sum militiam atque Halis formator morum et magister comitis Eulenburg fui, nunc cum

parentibus in eadem urbe me versatum, cum iamdudum philologicis quoque studiis, imprimis videlicet Novi Testamenti, me dedissem, docuerunt viri illustrissimi: Blass, Praetorius, Wissowa. Per duo semestria adscriptus eram hospes seminario philologico atque exercitationibus criticis D. Dr. Blassii interfui.

Quibus viris cum omnibus tum Bousseto, Kaehlero, Blassio optime de me meritis gratiam habeo quam maximam semperque habebo.